

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 5521

**Auteur(s) :** Raoul Grosparmi, légat pontifical, Albano (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Jean d'Essay, Coutances (évêque)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1269, 6 août

**Lieu d'émission :** Coutances

**Action juridique :** règlement conflit

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Raoul [Grosparmi], légat pontifical, règle le conflit survenu entre l'évêque de Coutances Jean d'Essey et le chapitre. En effet, le chapitre avait jeté l'interdit sur l'église par deux fois alors que l'évêque lui en niait le droit. Le légat confirme que le chapitre ne peut jeter l'interdit sur l'église de Coutances. Il peut seulement refuser de célébrer l'office si un chanoine ou un clerc du chœur excommunié veut y participer. Cette sentence arbitrale est assortie d'un acte de l'évêque de Coutances qui exige du chapitre une amende de cinquante livres. Raoul Grosparmy délivre le chapitre de cette amende.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 343, p. 503-504.

Texte établi d'après a

Radulphus, miseratione divina episcopus Albanensis, apostolice Sedis legatus, ad perpetuam rei geste memoriam, bene placitum est Domino in pace fidelium et reconciliatio discordium, in conspectu ejus sacrificium est in suavitatis odorem quibus salubriter id efficitur, ut auferatur iniquitas, impetus refrenentur, extinguantur scandala, refundatur effrenitas, reprimatur injuria et discordia conquiescat, sicque sub pacis et transquilitatis imperio foveatur caritas, rerum dispendium evitetur et labor mortalium se immiscencium questionis infinitis sopitolicium strepitu ad quietam et operationis sue debitum officium se convertat. Gravi siquidem questione inter venerabilem in Christo patrem J[ohannem], Dei gracia episcopum, ex una parte, et capitulum Constanciense, ex altera, super eo quod idem episcopus proponebat quod capitulum ipsum bis Constanciensem ecclesiam interdixerat seu cessaverat et cessari fecerat a divinis, licet id non posset, ut dicebat, etiamsi manifesta et rationabilis causa subbesset exorta ; et lite super infrascripto libello ipsius episcopi in hujusmodi questione oblato coram officiali Rothomagensi legitime contestata, nobisque super hoc interponentibus pro concordia partes nostras, idem episcopus et Matheus de Esseio, canonicus ipsius ecclesie, procurator dicti capituli, nomine ipsius capituli a quo habebat ad hoc speciale mandatum, se super hoc nostre ordinarie jurisdictioni, diffinitioni, ordinationi, amicabili compositioni concorditer submiserunt, a prosecutione questionis hujusmodi coram officiali totaliter predicto recedentes nobis. Itaque, discutientibus et eximiantibus merita questionis hujusmodi, procurator ipse, nomine dicti capituli, episcopo presente, recognovit in judicio coram nobis quod capitulum ipsum non potest nec spectat ad ipsum de consuetudine, nec ex privilegio, nec de jure, interdicere Constanciensem ecclesiam nec cessare a divinis officiis in eadem, nisi in casibus a jure concessis. Volentes igitur questionem predictam partim judicialis decisionis calculo diffinire et partim per

ordinationem seu compositionem amicabilem terminare, nostre legationis auctoritate sentencialiter diffinimus quod capitulum supradictum non potest nec spectat ad ipsum de consuetudine nec ex privilegio, nec de jure, preterquam in casibus a jure concessis, predictam ecclesiam interdicere nec cessare a divinis officiis in eadem ; super hiis ipsi capitulo perpetuum silencium imponentes, pro bono vero pacis et concordie dicimus et ordinamus quod si aliquis seu aliqui de canonicis seu clericis ejusdem ecclesie de ipsa, ob suum circa divina officia effectum vel aliam rationabilem causam, per scolasticum vel cantorem seu per capitulo ipsum ejecti ante satisfactionem revertantur ad illam et ingerant se divinis, possit capitulo si sterint a divinis officiis abstinere dummodo super hoc in fraudem nichil penitus attemptetur. Ad penas autem et expensas petitas et non solutas et alia in libello infrascripto expressa capitulo ipsum volumus non teneri ; tenor vero predicti libelli [sequitur] :

« [Johannes], venerabilis patris Constanciensis, nomine suo et nomine ecclesie Constantiensis conquirendi [...] tamen quod, dum venerabiles viri capitulo Constanciense absque manifesta et rationabili causa non solum sensum sed nobis dictam ecclesiam Constanciensem interdixerunt seu cessaverunt et cessari fecerint a divinis in predicta ecclesia solemnitate et officiis in eadem debitis et consuetis, licet hoc facere non possent etiamsi manifesta et rationabilis causa subasset quare interdici deberet seu cessandum et in eadem a divinis, cum hoc sibi non competit de jure, consuetudine aut privilegio speciali, videlicet primo a dominica qua cantatur «*Invocavit me*» usque ad dominicam qua cantatur «*Letare Jerusalem*», et secundo a dominica in Ramis palmarum usque ad diem jovis ante Penthecostem, et cum dictus episcopus intersit dictam ecclesiam Constanciensem debitis et consuetis officiis non fraudari, petit idem pater, nomine duo et ecclesie sue prediche, ut super premissis perpetuum silencium imponi et etiam cognita veritate dictum capitulo taliter a dicto reverendo patre Rothomagensi seu a nobis per sensuram ecclesiasticam castigari, ita quod metu pene talia decetere facere non presumant et eisdem capitulo super premissis perpetuum silencium imponi et etiam petit dictum capitulo condempnari et compelli ad reddendum sibi, nomine et ratione ecclesie Constanciensis supradicte, dampna que sustinuit dicta ecclesia propter dictas cessationes ad valorem quinquaginta librarum ».

Predictus quoque episcopus et capitulo ibi presentes diffinitionem et ordinationem nostram hujusmodi voluntarie et expresse ac concorditer acceptarunt et in testimonium horum presentibus litteris sigilla sua unacum nostro fecerunt apponi. Actum et datum Constanciis, in manerio episcopi supradicti, octavo ydus augusti, apostolica sede vacante, anno a Nativitate Domini M° CC° LX° nono.